

in nostrum voluntarium assensum atque tuitionem accipimus ea, que dilectus cognatus noster Cŕnradus marchio ad commodum fratrum nostrorum in Doberluch benivole exhibuit, in eo videlicet, quod eis decimam de vinea, que est in Belgora, nec non et in Zlauborendorf, contradidit et super hec in villa, que dicitur Lubs, xvi mansos pro anima  
 5 uxoris sue deo ibidem optulit et, quicquid in ipsis mansis de sanguinis effusione sive de capitali reatu ad eum pertinuerat, abbati resignavit. Preterea causam, que inter predictos fratres et Hartpernum plebanum de Wardenbruke versabatur, sicut ad commissionem domni Theoderici Misnensis episcopi mediante ipso marchione coram prefato sacerdote et  
 10 videlicet, ut ecclesia Doberluensis in universis terminis ac villis suis et in ipsarum villarum ecclesiis et in earum sacerdotibus ab omni hominum pulsatione seu exactione immunis et libera perseveret. Et quisquis locum prescriptum in causis, quas prelocuti sumus, inquietare presumpserit, et nostra et omnium, qui nobis adiuncti sunt, amicitia et favore careat et super hoc dei cuncta cernentis iram non effugiat, nisi a temeritate sue  
 15 ineptie respiscat, atque, ut ad cor quantocius redeat, privilegium presens nostrique sigilli inpressionem et idoneorum testium subscriptionem respiciat, quorum hec sunt nomina: Bertramus canonicus Misnensis. Burchardus sacerdos in Wardenbruke. Albertus de Dreuz. Henricus de Corvn. Albertus dapifer. Cŕnradus pincerna. Sifridus. Ditoldus. Otto de Legendorf. Henricus marscalcus et plures alii. Anno ab incarnatione domini  
 20 M. CC. X., indictione XIII., sub Alberto abbate acta sunt hec XIII. kal. ianuarii in villa Wardenbruke; feliciter amen.

(S.)

153.

[1210.]

25 *Hdschr.: Kop. Perg. des Klosters Nienburg (Saec. XIV). Haus- und Staatsarchiv Zerbst. Geitr.: Cod. dipl. Sax. reg. I. 2 S. 414. Böhmer-Ficker 10721<sup>a</sup>.*

*Die Belehnung des Markgrafen Dietrich von Meißen mit der Ostmark, nach dem Tode des Markgrafen Konrad (1210 Mai 6) wird vom Truchseß Gunzelin, als Boten des Kaisers Otto IV., auf dem Schlosse Landsberg vollzogen.*

30

154.

*Bischof Engelhard von Naumburg übereignet auf Bitten des Markgrafen Konrad von Landsberg dem Kloster Riesa 6 Hufen im Dorfe Oppitzsch, welches der Markgraf besessen und dem Bischofe resignirt hat.*

[1207—10.]

35 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 160<sup>b</sup>. Das etwas beschädigte Siegel des Bischofs an Pergamentstreifen, ist über den Worten rei testes eingehängt.*  
*Ann.: Die Urkunde gehört in die Zeit von 1207—10, da Engelhard 1207—1240 Bischof war und Markgraf Konrad 1210 starb. — Riesaer Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privatürk. 13.*

: In nomine sancte et individue trinitatis.: Engelhardus dei gracia Nvven|burgensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in domino. Notum | facimus tam